



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Divus Stanislaus Kostka S.I.**

**Callenberg, Caspar**

**Neuhusii, 1716**

Iconismus 15.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69536](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69536)

5. De eodem meditante Inferos.

Cur oculis objecta tuis, *Acherontis* imago,  
 Ex oculis *pluvias* jugiter haurit *aquas*?  
 Parce metu *lacrymose* puer: tibi *Tartara* parcenti:  
 Non uno *coeunt* ignis, & unda loco.  
 Parce metu, quid enim metuas *incendia*? *fide*,  
 Cui sunt in promptu, tam prope semper, *aqua*.

ICONISMUS 14.

*Stanislaus* mentem suam de ineunda *Societate*  
*Iesu*, quã aliquamdiu *preposterã* *verecundia*  
*prepeditus*, celaverat; *Confessario* suo aperit,  
*liquidissimis* subinde *gaudiis* *Cœlitus* perfusus. *Epigraphe*:  
 NV DAT CVRAR VM SECRETA. *Claudius*  
*l. 1. de raptu Proserp.*

Epigram.

Non miror curis *Kostkam* *mordacibus* *ustum*;  
 Conceptum *clauso* dum tenet ore *Deum*.  
 Non miror magnis *Kostkã* *plausisse* *triumphis*;  
 Dum, quod mente diu *parturit*, ore *parit*.  
 Femina sic *varios* patitur, dum *parturit*, *æstus*;  
 Sed *dolor* in *plausus*, dum *parit* illa; *perit*.

ICONISMUS 15.

*Stanislaus* emissio de intrandã *Societate*  
*Iesu*

Jesu Voto, *Carni, Mundo, Demoni*  
 procul stantibus, tergum obvertit, cū  
 dicto: NESCIO VOS VNDE SITIS,  
 DISCEDITE. *Luca 13. 27.*

Epigram. *Stanislaus loquitur:*  
 Ite malæ pestes; Vitiorum semina: tanti  
 Non mihi sunt pestes, ager ut esse velim.  
 Inficit immundus *Mundus, Plutonia Plutus*  
 Regna aperit; præbet vera venena *Venus.*  
 Non bonus est latero *Mundus; sed latro malignus;*  
 Dum lactat, mactat; dum favet, ille furit.  
 Sunt oculi *Veneris, scopuli; sunt munera verè*  
*Funera: cūi Cypris non sapit; ille sapit.*  
 Pungit, non ungit *Plutus; quod buccinat aurū,*  
 Hoc ornare minùs; plus onerare solet.

2.

De *Kostka* perpetuam virginitatem Re-  
 ginæ *Virginum* offerente.

Virginibus Mos est, flores adamare, puellis,  
 Quos facili tellus parturit alma sinu.  
 Tu quoque *Virginæ Regina Maria* catervæ,  
 Crederis oblatis floris honore capi.  
 At reliquos inter tamen, ô pulcherrima! flores,  
 Virginei florem, *Virgo, pudoris* amas.  
 Hunc tibi perpetuo donavit munere *Kostka;*  
 Floridiorq; dato, postea, flore fuit.

3. De

3. De Stanislao in nullis temporalibus  
conquiescente.

*Kostkae juveni totus non sufficit Orbis :*

*Kostkae juvenis, dic quid ? avarus homo est,  
Si dederit cunctos Regina Pecunia nummos,  
Plus ultra, juvenis dicet : avarus homo.*

*Liquida si toto circumfluat amne Voluptas,  
Plus ultra juvenis dicet : avarus homo est.*

*Prodiga, quotquot habet, si donet Gloria fasces ;  
Plus ultra juvenis dicet : avarus homo est.*

*Plus ultra semper dicet, fac quidquid adesse,  
Et solum cunctis numen abesse bonis :*

*Quippe suo tantum saturatur Numine Kostka :  
Quanta mentis homo, nolter avarus homo est !*

ICONISMUS 16.

*Pedibus Patris Magii Provincialis Austriaci  
affusus, admissionem petit, intento in sa-  
crum Iesu nomen digito. Epigraphe ;  
HOC NOMEN, QVOD VOCABVNT. Je-  
remia 33. 16.*

*Epigram. Stanislaus sui admissionem  
urget :*

*Querimus (ut dicunt) dum vivimus, esse beati :*

*Me Jesu Sociis, ô pater ! adde ; beas.*

*Obligor ex Voto, Sociis me jungere Jesu :*

*Voti damnetur Kostka ; beatus erit.*